



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 25. Musulmanni in Hispania.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

sexti Concilii imaginem fuisse reductam, Sæcul. VIII.  
 & Patriarcham litteras ad Papam dedisse.

A. C. 713.

Ex lapsu annorum triginta duorum a tempore sexti Concilii, anno 681. celebrati, sequitur, Agathonem anno 713. scripsisse. Quod vero dicat, se litteris Ecclesiasticis usum fuisse, cum Acta nitide describeret, id accipiendum de litteris cujusdam formæ singularis, & verisimiliter pulchrioribus, quam litteræ Actorum vulgarium essent. Ceterum magni momenti est hæc narratio; unde dispiciamus, quanta cura Acta sexti Concilii fuerint scripta & custodita.

### §. XXV.

#### *Musulmanni in Hispania.*

In Hispania Gothorum Regnum anno 713. extinctum. Cum Rex Vitiza Roderic. To-  
let. l. II. c. 17. Theofredum, ex Rege Recesuinto geni- 18. Isidor. tum, oculis orbari jussisset, hujus filius Pacen. p. II. Rodericus, Optimatum favore munitus, commota seditione, ipsum Vitizam oculis privari imperat, & Rex proclamatur æra 749. anno Salutis 711. Sed uno non plus anno regnavit, quippe anno sequente 712. æra 750. anno Hegiræ 93. Arabes Musulmanni, jam antea Africæ Domini, in Hispaniam trajecerunt. Qui a Califa Ovalido Africæ præfectus fuerat, vir senex, nomine Mousa, seu Moses, primo aliquot cohortes, Taria Duce,

Qq 5

illue

Sæcul. VIII. illuc miserat, cui collecto exercitu Ro-  
A. C. 713. dericus Rex occurrere parabat; verum

Gothis ejus seditionem indignantibus, potentiam reformidantibus, nec imperia-  
ta fideliter facientibus vicitus est, & Ara-  
bes in Hispania sedem fixerunt. Anno  
altero 713. Mousa ipse in Hispaniam na-  
vigavit, & usque Toletum progressus est.  
Sinderedus Archiepiscopus Arabes per-

*Sup. §. 16.* timescens, derelicto grege suo contra

*Roder. III.* Canones fugiens, Romam se receperat,  
c. 19. & interim Oppa Regis Egicæ filius hujus

Sedis usurpator urbem Mousæ dedidit,  
qui, Primoribus necatis, exinde totam  
Hispaniam usque ad Civitatem Cæsar-  
augstanam, quorum cives ultro portas  
aperuerunt, subjecit. Is urbes flammis  
devastans, civium præcipuis cruci affi-  
xis, juvenibus & infantibus jugulatis ar-  
morum suorum terrore omnia imple-  
vit. Ceteræ itaque urbes necdum sub-  
actæ pacem orarunt, promittentes, in  
potestate se futuras. Multi tamen in-  
colæ ad montes confugerunt, ex quibus  
non pauci fame & rerum omnium in-  
opia perierunt. Arabes Cordubam Re-  
gni sui Caput, sicut olim sub Romanis  
fuerat, sibi elegerunt. Hic finis fuit Re-  
gni Gothorum in Hispania, quod anni  
ferme trecentis, nempe ab anno 415.  
quo Ataulpho Duce advenerant, usque

ad hunc annum 713. steterat.

§. XXVI.